



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliæ Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

166. De quadem curatione Hernistarum, an efficiat Spadones, vel
Eunicho, & impedit matrimonium? Et docetur triplicem esse Speciem
Eunuchorum. Et explanatur, quod loquend de Sacramantis, quæ non ...

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76405](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-76405)

cumque rei intromissio: sed membra genitalia virilis, illud autem membrum eunuchi non minus videtur in ratione genitalis esse & quicquid seu analogice tale, quam oculus sine vista potentia.

4. Addo secundum melius posse viribus natura seruire ad generationem adiutus arte ille cui amputata est fistula relicta testibus, & scroto, quam qui vitroque teste caret. Experientia enim docuit prolem fuisse suscepit, immo proles aliquot a tali homine, emiso & deriuato semine in matrem per canaliculum, seu tubulum, & in facti contingentia pro quibusdam coniugatis consulti fuimus in Hispania, collega tunc meus Pater Hieronymus de Ribera, & Ego, dum propter rem Theologiam, plurimque aliarum Religionum Theologi, qui tamen non putabant eiusmodi actum licere, quia modus ille generandi non erat institutus a natura, nec copula naturalis. At qui multo magis distat a generatione (qui est primarius finis matrimonij) eunuchi copula, qua per se, & ex natura sua non potest seruire ad generationem deficiente vero semine, quam illa veri seminis derivatio per tubulum. Iuxta dicta, ergo non minus est contra naturam, sed potior ratione copula eunuchi cum uxore. Arque adeo illicet, de quo latius suo loco, ubi reddemus disparitatem de copula senum, qui verum semen emitunt licer morbosum. Eunuchi vero humor non est verum semen in sua essentia. Quod vero Sanchez addit de fine secundario matrimonij, qui est sedare libidinem, non probat ad huiusmodi finem posse adhiberi media, quibus essentialiter repugnat generatio, qua est primarius finis: tale autem medium est administratio eius humoris, qui ex essentia sua non est semen, cui non per accidens, sed per se conuenit, non esse prolificum; quod non conuenit semini morbosum, aut senis mariti, quod est verum semen, & per accidens vitiosum. Est quidem per accidens, quod eunuchs fuerit castratus, sed non est per accidens, sed essentialiter, quod eius humor non sit semen, quia essentialiter non est semen: semis vero, vel morbosum semen, est essentialiter semens, sed per accidens minus aptum, in quo magna est disparitas.

Et haec omnia docet Dicastillus *vbi supra*, quae aptata nimis Lectoribus fuisse reor, cum sint satis curiosa, & ego hic per extensem afferre volui, quia de hac questione his diebus inter aliquos Theologos magna extitit alteratio.

RESOL. CLXVI.

De quadam curatione Hernistarum, an efficiat spadones, vel eunuchos, & impedit matrimonium?
Et docetur triplicem esse speciem eunuchorum.
Et explanatur, quod loquendo de Sacramentis que non sunt de necessitate salutis, ut Confirmationis, Matrimonii, & Extremae Unctionis, satis sit quod minister in eorum administratione sequatur opinionem probabilem, reliqua probabiliori, & intiori.
Et sequitur, quod in confusione opinionum illa est sequenda, quo fauet valori matrimonij. Ex part. 12. tr. 3. & Msc. Ref. 4.

§. 1. Suppono, quod ista curatio perficitur sine testiculorum denudatione ab aliqua tunica, & sine aliqua lesione vasorum deferuentium solum soluendo partem processus Peritonij, quae deorsum tendit ad testiculum, & supra illum integrum restem deducendo ad inguien, intra quod reclusum relinquitur parte inferiori tunice coactata per ligaturam, post quod vulnus inflatum curatur communimodo quo reliqua vulnerata. Hanc curationem docuit

Tom. II.

Q 2

4. Dicari

Io. Laurentius, Chirurgus Pontificis in suo opere *de anabom. cap. 176.* Modo queritur an homines sic curati, dicendi sunt Eunuchi, ita ut comprehendantur in Bulla Sixti V. & non possint inire matrimonium? Casus est nouus, & ex Hispania ad fel. mem. Innoc. X. delatus fuit, & tunc Sac. Congr. existimans eius resolutionem pendere a iudicio: & relatione Medicorum rescripsit, ut collegium Medicum celebrerrima Academia Vallisoleana suum votum praebet, quod nouissime fecit, & mihi impressum legendum praebevit. Illustrissimus, & Doctissimus Dominus meus Zurita, Sacra Rota Auditor.

2. Itaque dictum Collegium ad propositam questionem per octo §. negatiue responderet, & firmat supradictos emittere verum semen, nec obstat, quod testicula reponantur intra inguien, nec obstat etiam, quod valde notandum est contra aduersarios, modum curacionis, que omnia validissimis rationibus confirmant de promptis ex visceribus artis Medicinalis, & Autorum huius facultatis. Et hoc votum Medicorum subserbere postea Professores S. Theologiae, ac Professores Iuris Canonici, & Caesarai inclite Vniverstatis, qui omnes sunt numero 22, afferentes ita curatos non esse inhabiles ad contrahendum matrimonium, nec comprehensos esse in Bulla Sixti V.

3. Ex quidem ego huic sententiae libenter adhaereo, quam ante docuit insignis Basilius Pontius de matr. lib. 7. cap. 68. n. 3. cui ego addo alium Doctorem Hispanum non obseruatum a Dominis Professoribus Vallisoleanis, nempe Leandrum ex Reformatis Ordinis Sanctissimae Trinitatis, qui testatur se loquatum fuisse cum quodam homine sic curato ab Hernistis, qui duos habebat filios, sic itaque ait de Sac. tom. 2. tract. 9. diff. 21. q. 16. An fuerit habilis ad matrimonium ille, à quo Chirurgus vnum laenum testem auctorit, & alium laenum, non, sed intra corpus recondit, ne qua intestinorum descensuri patet via? Respondeo habilem fuisse, propter modum Sixti V. Quia ille Pontifex eos tantum Eunuchos inhabiles ad matrimonium esse declaravit, qui vitroque teste carent: sed ille de quo in casu queritur, non caret vitroque teste, neque qui remansit atritus fuit, ut supponitur, sed inter illos computandas, quos Sextus V. inhabiles ad matrimonium reddit, & declaravit. Confirmatur, & declaratur hæc ratio, nam id est testis ille intra viscera reconditus, non ideo factus est inhabilis elaborationi feminis, aut effusioni: ergo perinde ille habilis est, ac si unus testiculus pendens remansisset, & integer in suo statu naturali, ut bene probat Basilius lib. 7. de matr. cap. 68. n. 3. addens in fin. quod si nullus ex his quibus ea curatio adhibetur, filios suscepit, parum interest, si verum semen emititur, barba, pilisque non flaccidis, sed virentibus ornati sunt, neque enim generandi potentia requiritur ad matrimonij valorem, sed coeundi, & vere seminandi. Sic ille. Cuius additis in favorem ego superaddo, me in quadam insigni huius Diccepsis Tolentana oppido vidisse hominem, cui casus omnino idem ab infantia contigit (ut testis oculatus mihi narravit) barba virentibus nimis pilis ornatum, & liberos valde pulchros habentem, quos ego plures vidi, pluresque illis loquatus fui. Cuius veritate causa supposita, indubia certè manet nostra, & Basilius sententia. Hucusque ex Pontio Leandrus, & nouissime post hac scripta vñsum inuenio hanc sententiam docere etiam nostrum Patrem Vericelli de Apostol. Mission. tract. 14. quest. 143. sed. 7. num. 70. quorum doctrinam agis procedit in casu nostro, in quo non vnum tantum, sed duos testiculos intra inguien reponunt Hernisti.

4. Dicendum est igitur supradictos non esse aeedendos à matrimonio contrahendo, nec esse inclusos in Bulla Sixti V. tanquam spadones, & eunuchos, quod præter superius dicta aperte probatur ex his, quæ de ipsis adducit eruditus Iurisconsultus Petrus Tolosanus in *Syntagma iuris lib. 7. cap. 2. num. 27.* vbi sic ait: Porò qua de eunuchis dicta sunt, intelligenda sunt de triplici eorum specie; in triplici namque sunt differentia, ut monuit Theophilus in *Iuris Civilis institutionibus*, § sed & eunuchi, de adopt. lib. 1. inst. tit. 11. §. sed & illud cod. tit. cap. Iustini. Quidam enim sunt Spadones, alij Thlibiæ, alij Castrati. Spadones propriæ sunt qui steriles nascuntur, & frigidi, & impotentes natura, vel propter aliquod vitium ad coitum, ut ait Aristoteles lib. 2. de generat. animal. cap. 5. & Deus ipse annotat March. 19. & *Summi Pontifices*, *Alexand.* in cap. 1. & 3. & 10. tit. de frig. & malefic. lib. 4. *Decretal.* iii. 15. vnde Columella lib. 1. de ruris. vbi agit de arbor, per translationem, arboris fructus fructum non ferentes spadones nominat. Dicere tamen possemus spadones melius ab etymo propriè eos, quibus cremaferes, vel colei euuli sunt à verbo κέασθαι, cuello, cui consentit *Vlpianus* l. 4. §. idem. D. Adrian. ad I. Cornel. de sicc. lib. 48. P. tit. 8. obtinuit tamen apud Theophilum, ut ij tantum quos natura, vel vitium reddit coitui inutiles, spadones propriæ dicantur, et si spadonum generalis sit appellatio, continens tam eos qui natura spadones sunt, quam Thlibiæ, & Thlasias, & si quod aliud genus spadonum sit ex *Vlpiani* responso, leg. *Spadonum* l. 28. de verb. signif. lib. 50. P. Thlibiæ super Eunuchi, quibus à nutrice, vel fortitione à matre extixi sunt testiculi, d. §. sed & illud, de adopt. Eunuchi, inquam facti *castrati*, id est per compressionem, quando relaxatis membris infantium aqua calida digitis testiculi comprimebantur, usque dum abolerentur, & evanescerent, ut notat Paulus *Ægyptena* lib. 6. vbi agit de illis. Castrati sunt quibus execta sunt membra virilia, d. §. sed & illud de adopt. Sic enim distinguit *Vlpianus* in l. 1. serua 40. §. si spadonum de iur. dot. lib. 23. P. tit. 3. Spadonum natura, ab Spadone castrato, dum de matrimonio agitur, & doce, ut cum illo possit esse matrimonium, & dos, quia vitium, & frigidas natura possit emendar: cum hoc nequaquam, qui omnino est impotens hoc modo quoque distinguit in leg. sed & quistum 6. de liber. & posth. lib. 28. P. tit. 3. dum de institutione posthumi ab spadone facta agit, ut ille instituere possit, hic nullo modo. Accedere potest aliud genus castrorum eunuchorum, quibus amputabatur penis & colei, quos *Luithprandus* lib. 6. de reb. per *Europam* gess. cap. 3. vocare *Carissamata Gracos* ait. Hucusque Tolosanus cui ego addo Balsamonem in *Can. 2. 4. Apost. Antonium Augustinum*. lib. 5. emendat. cap. 5. & *Gibalnum de irregularit.* cap. 3. part. 4. consel. 4. n. 12. Cum itaque clarum sit, tria esse Eunuchorum genera, Primo Thlibiæ, quia ab infante genitales partes amiserunt, eo quod à parentibus illis expressæ, & iniutes redditæ sunt. Secundò, spadones qui à nativitate testiculos non habent: & tertio castrati, qui ferro execti sunt. Non video quomodo supradictos homines de quibus loquimur in Bulla Sixti V. comprehensos esse, cum tantum Pontifex ibi loquatur de spadonibus, & Eunuchis inter quos hos homines minimè annumerando esse patet ex his quæ obseruat Tolosanus, & alij vbi supra.

5. Quod confirmatur auctoritate Gasparis Hurtadi de matrim. diff. 22. diff. 5. num. 17. Martini Perez de matrim. diff. 37. sect. 3. num. 5. & aliorum assertorum spadones, & eunuchos ex motu Sixti V. ideo esse inhabiles ad contrahendum, quia utroque teste

carent, vel quia habent testes concusso, seu quibus, vnde verum semen non possunt emittere, sed in eis non utri isti homines non carent testiculis, nos illi habent concusso, vel attritos, ut testantur Hernili ergo verum semen emitunt, quod experientia demonstratnam aliqui ex illis filios procreantur, & patet à pluribus exemplis allatis à Pontio, à Leidio, &c. à Collegio Vallisoletano. Dicere autem huius filios spurious hoc est reficiendum tanquam dictum latius, non solum filii, sed etiam honesti patrem. 6. Sed dices hos homines, licet non sint proprie spadones, & Eunuchi largo modo tales dici possunt tanquam incepti ad emitendum verum semen, quia habent testes non extra, sed inti a inguis, de hoc obstat ait Pontius vbi supra, quia ex eo quod nostra corpus recondantur, non habent qualitas conformati contrarias, sed similes; cum testis qualitas sint caliditas, & humiditas: conformatio autem fr. vi. milibus. Id ipsum etiam conuinicit, quod feminis testes sint etiam intra corpus recti, in modo eadem cum viro genitalia habere feminam, positione tandem, magnitudine differentia iam pridem docuit Galenus lib. 2. de semine, his verbis. Est enim proposito maxima inter genitalia masculi, & feminis, omnis ligamentum genitalia membra tum masculus, tum feminam habere eadem videtur, positione tantum, & magnitudine differentia. Quin & vafa testes nutrimenta, que sexui ex eisdem venis, & arteris procedunt, &c. Quod ergo intra corpus testes collocentur, nihil obstat naturali eorum conformati, & tempore, & ex consequenti, neque veri semini elaborationi, sed neque obstat effusione feminis genito eo testiculo, quod quidem sicut contulit legendus Galenum de semine, ubi non recta via, sed per ambages & flexuosos meatus semen & elaborari, & descendere in pudendum facile comparet.

7. Instabis iterum, quod saltem ex modo curationis homines non posse emittere verum semen, videlicet ob solutionem continuatur in tunica externa testiculum. Sed hoc ab solito sequuntur Medici Vallisoletani in supradicto voto, §. 8. in Tun quia, ut supponitur ex Herniti, quibus et tandem tanquam peritis in arte per curationem leuis fit tunica scissio, & quæ facilè à natura curatur sine eo quod artus, & caro testiculi patiantur. Tum quidem dato quod tota tunica nudaretur, non impedit levem prolifi generatio, prout neque in testibus mulierum carentibus illa. Tum quia vni locione facta vulnus abstergitur, & curatur à natura, prout contingit in levibus externis vulneribus. Tam quia feminis generatio perfectior à carne testum, prout est pars similaris, media facultate, & temperie illorum, quæ non patitur ex vi curationi: ego ex vi illius non impediunt prolifi generatio. Si Medici Pinciani in voto §. 8. qui etiam in §. 6. probant in casu nostro non nudari testiculos à tunica etrytroyde. Itaque in casu dictæ curationis telis non amittunt, nisi fuisse & locum, non autem qualitas, & substantiam quam prius habebant: ego vero femei emittere possum.

8. At his minime obstantibus, in Hispania non defunt aliqui Medici, & Theologi afferentes contradictionem, nempe supradictos non posse contrahere matrimonium ex defectu emissionis veri feminis. Vnde sequitur nostram sententiam: ad sumnum tandem probabiliter. Verum vbi agitur de validitate Sacramenti, non sufficit sequi opinionem iudicari prædictæ probabilem, sed eligendam opinionem omnino fecuram, cum non subest extrema necessitas, cui aliis prouideri non possit. Et ratio est, quia hoc distat inter iudicium de iure, nimisrum, quando dubitatur.

INTON
Opera
Tom. I. & II.
E III.

dubitatur, an aliquid sit licitum, nec ne: & iudicium de facto, id est, an res hoc modo facta valeat nec ne, quo prius ordinem ad operandum dicat, atque ita omnia malitia periculum, quo forsitan est in re ipsa tollit: posterioris verò dicat ordinem ad rem ipsam, nec periculum irritacionis rei tollat. Quare in priori casu excusat sequens opinionem probabilem, non autem in posteriori. Quippe quantumvis opinio probabilis sit, non cessat periculum irritacionis. Sic sustinet Petrus de Soto lib. de inst. Sacerdot. l. 1. de Eucharistia, Suarez 4. tom. in 3. part. disf. 26. s. 6. n. 5. & 3. tom. in 3. part. disf. 21. s. 7. 4. ad fin. Quibus additum Breslum lib. 5. cap. 10. n. 105. & 111. Merollam tom. 1. disf. 3. cap. 4. dub. 3. n. 134. Lanfrancum opus. 1. cap. 4. n. 6. & qui penes me initar multorum est, sapientissimum, & amicissimum Patrem Bardi de conscient. discep. 4. cap. 31. n. 7.

9. Respondebat primò, quod loquendo de Sacramentis qua non sunt de necessitate salutis, ut Confirmationis, Matrimonium, Extrema-Vnctio, satis est quod minister in eorum administratione sequatur opinionem probabilem, reliqua probabiliori, & tertiiori. Fundamentum est, quod hæc Sacra menta non sunt de necessitate salutis, atque adeo non sequitur ex hoc, quod fiant irrita, sequendo probabilem opinionem, minus tutam, tam graue inconveniens, si eut in aliis, ut ratione illius teneatur minister necessariò sequi probabilem, & tertiorem sententiam. Et ita docent Lora cap. 2. D. Th. disf. 3. mem. 2. & Martinez ibid. dub. 6. §. item notandum, & ego olim. Sed quia nunc adhaereo contraria sententia, cum Ildephonso in prima secundæ tom. 3. disf. 208. dub. 12. cor. 5. n. 808. & aliis, idem.

10. Respondeo secundò, quod in materia Sacramentorum, vbi sunt variae opiniones de integratate, validitate, & effectu eorum, licet sequi opinionem probabilem, vel probabilem, & minus tutam, cum duplice tamen limitatione. Prima, vt sit in re, quæ non si contra Ecclesiæ vsum, consuetudineque, vel præceptum de tali modo in administratione Sacramentorum seruando. Secunda non pati minus tutam deroget obligationi charitatis, & misericordia respiciens remedium proximi. Et ratio est, quia cum hac duplice limitatione non potest alia culpæ ratio adesse sequendo opinionem probabilem, nisi aut ratione irreuerentia Sacramenti, aut ratione periculi irritacionis. Neutra autem ratio in tali casu habet locum ad inducendam culpam. Non prior, quia nulla est irreuerentia Sacramenti illud administrare cum periculo, vt sit irritum, sequendo opinionem probabilem, quia quando quis sequitur opinionem probabilem, prudenter putat illum esse convenientem modum ministrandi, & nulli se contraenire præcepto, nec irritari Sacramentum, quare sicut credens probabilitatem aliquid non esse contra præceptum Diuinum, ob id facient illud non inferre iniuriam Diuinum præcepto, ita non irrogat iniuriam Sacramento, qui probabilitatem credit illum esse convenientem modum ministrandi. Neque etiam posterior ratio habet locum, quia quamvis sit periculum irritandi Sacramento, ut illud suo gratis effeta frustandi, id etiam contingere potest quando quis in praxi sequitur opinionem probabilem, & ad recte operandum, & ne censetur homo culpabiliter se periculo exponere, satis esse, si id efficiat cum prudenti assensu dictante probabilitatem esse licitum, ac Sacramentum non reddi irritum, quare cum dictæ due prædictæ limitationes in nostro casu adhuc, quia & viu, & præcepto Ecclesiæ non repertus prohibitus modus contrahendi iuxta hanc nostram sententiam, & etiam non derogatur obligationi charitatis: tum quia ma-

Tom. II.

ttimoniij sacramentum non est institutum ad iustificationem peccatoris, sed in subiecto in gratia existenti auget gratiam, quod augmentum, dato quod matrimonium sic celebratum est à parte rei irritum contrahentes possunt commode alia via restaurare: tum quia nullum documentum illis contingit, ipsi initius, cùm voluntarie, & spontaneè, & non coacte contrahant, ac proinde priuatio illa augmenti gratiæ (supposito, quod tale matrimonium foret nullum) se teneret ex parte ipsorum contrahentium, & recipientium Sacramentum, quo casu non derogari obligationi charitatis, si minister Sacramenti sequatur opinionem probabilem minus tutam in eiusdem Sacramenti administratione dicendum est. Et hæc omnia in casu simili de valore matrimonij comprobata Boissius de contractu mair. cap. 4. §. 11. n. 21. qui citat Vasquez, Salas, & alios, quibus additum Tambrinum in Decal. lib. 1. cap. 3. §. 4. n. 20.

11. Sed licet hæc responso si communis inter Doctores, ego tamen respondeo tertium nostram opinionem non esse solum probabilem, sed certam, ut aperte pater ex exemplis allatis, quod homines sic ab Hernistis curati plures filios procreaverunt.

12. Unde his omnibus pater posse in Hispania, vel ubi cum terzarium Parochos, Vicarios, ac Dominos Episcopos admittere supradictos homines de quibus in hac questione loqui sumus ad contrahenda matrimonia sine vlo scupulo, aut hæstiatione; & post matrimonium contractum si aliquis ex illic nullitatem in foro externo tentaret, iudices Ecclesiastici contra illos debent sententiam pronunciare, quia in conflitu opinionum illa est amplectenda quæ fauet valori matrimonij. Ita post Hosten. Butr. Abb. in cap. se vir. de cognat. spir. Felin. in cap. 1. de spons. 6. M. Ant. Cuccus lib. 5. tit. 11. n. 257. Beret. conf. 80. n. 21. & 22. Gaill. obser. lib. 2. olv. 94. n. 19. Menoch. d. lib. 2. præfump. 71. n. 30. Aug. Barbosa tom. 1. collect. ad decre. lib. 2. tit. 20. c. 47. n. 8. tit. 27. c. 26. n. 2. & 3. in fin. Franc. Molin. de compar. 17. lib. 1. m. 15. in fin. Sanch. disf. 18. lib. 1. n. 6. & alii relati ab eodem Sanchez. Imò adduct hoc faciendum esse à Iudice etiam contra communem, & præferre opinionem singularis alieni Doctoris celebris, quæ in probabilitate fundata matrimonio fauet, illudque sustineat, opinioni plurium Doctorum illud impugnantium, nihil textui aperto initiatum.

13. Sed in nostro casu pro validitate, adest votum totius celeberrime Pincianæ Vniuersitatis, ac Basili Pontij, & Leandri. Ergo à Iudice Ecclesiastico pro valore matrimonij pronunciandum esse omnino dicendum est.

14. Nota verò, quod difficultas à me superius resoluta, discutienda erit in Sic. Congr. Conc. Trid. unde si forsitan Eminentissimi Domini mei Cardinales alter sententia, ego omnia superius dicta abnego, & puto necessariò eorum determinationi standum esse. Nam Purpuratorum Patrum responsa tanquam Oracula veneranda esse semper existimauit.

RESOL. CLXVII.

An. or. mulier trahere possit ad secundas nuptias sufficiat præsumptio verisimilis, & probabilis de morte viri? Et an Confessarius in conscientia foro id ipse permittere possit, & inde in foro externo se post celebratas nuptias causam intelligeret, neque mulierem punire, neque à secundo viro separare deberet, donec cognitum esset priorem maritum adhuc vivere? Ex p. 3. tit. 4. Ref. 11. alias 214.

§. 1. **H**ic casus frequenter accidit, & negatiuè respondendum est ex his quæ adducit Sanchez.

Quamvis non plen-

Sup. hoc in
tom. 8. tr. 1.
lege doctrin.
nam Ref. 2.
& si placet
alias eius
annos.

Sup. hoc su-
pta in tr. 5.
Ref. 19. §. 1.
sed lege cam-
per totam, &
Refol. & §§.
eius annos.